

Gothorum bellum hiniit et cum adiutorio Langobardorum devictus est.

II. Quomodo Narsis patricius Bucilino et Amingo ducibus¹ a Teudberto rege Francorum missos devicit.

III. Quomodo Narsis Sindoald Bretanorum regem in Italia superatus est.

IIII. De pestilencia quod eo tempore fuit, et quomodo Iustinianus augustus obiit et Iustinus ei successit.

V. Quomodo Narsis a Romanis ad imperatore accusatus est, et quomodo Langobardos in Italiam invitavit, vel de igneas acies tunc in caelo apparuerunt².

VI. Quomodo Alboin rex ab amicis suis vetulis³ Saxonibus auxilium peciit, quod in Italia ingredi potuisset.

VII. Quomodo Alboin amicis suis Hunnis Pannoniam relaxavit seu contribuit.

VIII. Quomodo Alboin rex cum exercitu suo Montem regium venit.

IIIII. Quomodo Alboin fines Venecię seu Forum Iulii coepit et quomodo Gisulfum suum nepotem ibidem ducem constituit.

X. Quomodo Langobardi Italiam invaserunt seu de morte Clotharii regis Francorum et quomodo filii eius aequaliter diviserunt.

XI. Quomodo Narsis patricius obiit et apud Constantinopolim est deportatus.

XII. Quomodo Alboin ad Plavem fluvium venit, et Felix episcopus Tarvisiane aecclesiae ei occurrit.

XIII. De Fortunato viro Dei quomodo ad sanctum Martinum pervenit.

XIIII. Quomodo Alboin rex Vincentiam et Veronam civitate caepit.

XV. De Italia quantas provincias habere noscitur.

XVI. Quod quinta provincia Italiae Alpes Qoncies⁴ dicitur, et in sexta vero hurbe Roma constare dicitur.

XVII. Quod septima provincia Italiae Neopolim et Salernis seu Campania dicitur et octava Lucania appellatur.

XVIII. Quod nona provincia in Appenninis Alpibus nuncupatur et decima iuxta⁵ Pado usque Ravenna pertingit.

XVIII. Quod undecima provincia Flamminea dicitur et XII. a Spoleti nuncupatur.

1) 'dicibus' Hs. 2) So! Hs. 3) 'veculis' Hs. 4) So corr. aus 'cōcies' Hs. 5) Corr. aus 'iusta' Hs.